



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1846**

IX. Gregor IX. bestätigt dem Joahniter-Orden die Schenkungen der  
Herzöge von Pommern, am 19. März 1238.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54572)

transcripti et publicati. Actum et Datum anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LX secundo, in festo beati Luce evangeliste.

Die Urchrift ist sehr verblichen, befindet sich im Geh. Kab.-Archiv.

**VIII.** Graf Heinrich in Luchow überläßt dem Johanniter-Orden sein Eigenthum im Dorfe Wonem, im J. 1235.

In nomine sancte et ind. Trinit. Dei gratia H. comes in Luchow et sui heredes omnibus in perpetuum, Quicquid sub instabili cursu temporis agitur cum eodem tempore a memoria recederet et facillime laberetur, nisi testibus ac privilegiis firmaretur. Ad noticiam igitur uniuersorum tam futurorum quam presentium cupimus pervenire, quod nos ex hortatione et admonitione venerabilium uiro- rum in Luchow et pro nostrorum remedio peccatorum proprietatem, quam habuimus in villa Wonem, dedimus et assignauimus hospitali Sancti Johannis in transmarinis partibus, cum omni iure quiete et libere possidendam: unde ne hoc factum nostrum a nobis aut a nostris heredibus possit de cetero in irritum revocari aut alicuius calumpnia disturbari, sigilli nostri robur ac munimen apponi iussimus isti scripto. Actum est hoc anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XXXVI<sup>o</sup>. presentibus ministerialibus nostris Domino borchardo aduocato, Domino friderico advocato, Domino Rabodoni de face, Domino sifrido, aliis multis.

**IX.** Gregor IX. bestätigt dem Johanniter-Orden die Schenkungen der Herzöge von Pommern, am 19. März 1238.

Gregorius episcopus, seruus seruorum dei, Dilectis filiis Priori et fratribus Ierosolimitani in Morauia salutem et apostolicam benedictionem — uestris iustis postulacionibus grato concurrentes assensu Domum in Stargrod cum pertinentiis suis uobis a diue memorie B. duce Cassubie ac B. filio eius nec non non Successoribus eorundem, prout pertinebat ad ipsos, pia et prouida liberalitate concessam, sicut eam iuste et pacifice possidetis, — uobis et per uos hospitali uestro auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communitus —. Datum Lateran. XIII kal. Aprilis, Pontificatus nostri anno undecimo.

**X.** Udo, Comthur zu Werben, verleiht den Theil von Pogatz und Danik, welchen sein Vorfahr Reyner an die Brüder von Wischel zu Lehn gegeben, an Eberhard Brake, i. J. 1244.

Miseratione divina Fr. Udo, Commendator in Werben Hospitalis Theutonice domus Sancti Johannis, — Notum esse cupimus presentibus et futuris, quod Bertramus, Filius Domini Arnoldi de Wischele, felicis memorie, et fratres sui nobis resignauerunt bona, quae pater ipsorum, dum viveret, et ipsi postmodum de domo nostra tenuerunt, eorum super hoc dato testante Privilegio, videlicet partem suam de duabus villis Slavico Pogatz et Dasnik, cum omni utilitate et attinentiis, sicut Ecclesiae nostrae fuerunt. Igitur jam dicta bona Domino Everhardo Braken et uxori suae,